

XXX. SEPTEMB.

לילג' וי.

PRIDIE CAL. OCTOB.

ΓΟΡΗΙΑΙΟΣ.

HIERO-  
NYMVS.Pridie Cal. Octobris NATVM  
ESSE POMPEIVM MAGNVM  
scribit Plinius lib. 37. cap. 2. Natus estautem eodem anno, quo M. Cicero, scilicet anno urb. 648.  
ante Christi natalem 103. quod ex Plutarcho facile colligi  
potest.

Eodem die natali suo, M. PISONE, M. MESSA-  
LA Cos. altero anno post consulatum Ciceronis, idem POM-  
PEIVS inchoans annum etatis 46. triumphum egit, cum de  
alijs nationibus uictis, tum etiam de IVDÆIS subactis, et  
expugnatis HIEROSOLYMIS, ubi duxit secum in Tri-  
umpho TIGRANEM filium, et ARISTOVLVM  
Regem Iudæorum, eiusq; filium ANTIGONVM, et po-  
pulo monstravit integras arbusculas Balsami. Plinius lib. 7.  
cap. 27.

C. Moenius COS. de Antiatibus, Lauinis, Veliternis tri-  
umphum egit anno urb. 415.

Inter Cumas et Puteolos terræ motu mons nouus factus est  
in lata planicie, sub quo monte obrutum perijt oppidum Tri-  
pergula, Theatrum, thermæ multæ, uilla Ciceronis, et pars  
maris et lacus Auerni in continente uersa est anno Christi.

OCTOBER.

תשרי  
THISRI.  
SEPTIMVS.

Qui vocatur &amp; תשרי 3. Reg. 8.

ἸΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ.

SVID. Ἰπερβερεταῖος ὁ μὲν ἤτι μανεδόνες ὁ οὐκ ἴσως  
βριθ. καὶ πρῶσιμια: Ἰπερβερεταῖος, ἐπὶ τῶν ὑπορρο-  
νίων εἶρη. παρα γὰρ Μακεδόνισιν ὁ τελευταῖος μὲν τῶν  
αὐτοῦ ὑπορβερεταῖος ἀνεγάρφη.

Plutarch: de Iside. pag. 350. καὶ γὰρ ἄδλωχοι νησεύουσι  
καὶ γωαῖκες ἐν θέσμοφορίοις χαμαὶ καθήμενα.  
ἔστι δὲ ὁ μὲν οὗτος πορὶ πλαγὰ αὐτοῦ, ἐν αὐτῶν  
ἄγυῖαισι, πρὸς τὴν ἄδλωχοι, βοιωτοὶ ΔΑΜΑΤΡΙ-  
ΟΝ καλεῖσι. ἐστὶν ἄπατοῦρια ἐστὶ ἐπίσημος  
δημοτελής ἀργυρὴ πρὸς τοῖς ἄδλωχοις ἡ τὴν πρὸς τὴν  
ἄδλωχοι μὲν ἐπὶ τῆς ἡμέρας, ἐν τῶν πρῶτων καλεῖσι  
ΔΟΡΠΕΙΑΝ, τῶν δὲ δευτέρων, ἄνάρρησιν, τῶν δὲ  
ἑτῶν ΚΟΥΡΕΩΤΙΝ. Suidas in distione Ἄπατοῦρια.

ΠΙΑΝΕΤΙΩΝ.

ΘΑΝΘΙ.

Christe tuas leges Celtis DIONYSIVS adfert,  
Scriptis LVCÆ tujs fruimur, docuit SIMO Persas.

I. OCTOBRIS.

חֲמִשָּׁה וְיָדָוּ VII.

CALENDAE.

ἸΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ.

תְּבִירָה תְּרִיעָה

Prima die mensis VII. diuino mandato celebrabatur apud Iudaeos FESTVM TVBARVM, quod Hebraei uocant MEMORIAM CLANGORIS, qua dicunt comonescere populū de liberatione ISAAC ab immolatione. Lcui, 23.

À recentibus Iudaeis uocatur & celebratur hic dies חֲמִשָּׁה וְיָדָוּ initium noui anni, qui & primos huius mensis dies decem uocant תְּבִירָה וְיָדָוּ תְּרִיעָה id est, decem dies poenitentiae, quibus dant eleemosynas multas, & alia faciunt, quibus putant se placaturos Dei iram.

GN. POMPEIUS MAGNVS uictus ad PHARASALVM Thessaliae urbem à C. CAESARE, & amisso exercitu, cum paucis in Aegyptū profugiens ad Regem Ptolemaeum iuuenem, cuius patrem antea regno pulsum ipse Senatui Romano comendauerat, & effecerat, ut in regnum Rex exul restitueretur, IVSSU FILII INGRATISSIMI ADLITTVS AEGYPTI NON PROCVL À IVDAEA IN CONSPECTV CONIVGIS CORNELIAE OBTRVNCA TVR, agens annum etatis 59. post diem natalis sui, ut ait Plutarch. in uita Pompeij. Etsi idem in Camillo dicit, ipso die natali suo Pompeiū occisum esse. \*

*Handwritten notes in Latin script:*  
A. O. S. Augustinus de hac uita, Illas str. ac opt.  
Princ eps, Dicitur Annus 1000. Dicitur Augusti Sacer.  
natus Electoris, Sacerdotis Sacerdotis Sacerdotis.  
A. O. S. Dicitur de Kallid. Octobris. Dicitur Sacerdotis.  
Illius de uita Pompeij, Dicitur Sacerdotis.

ΠΤΑΝΕΨΙΩΝ.

II. OCTOBRIS.

ΦΑΝΩΪ.

VI. NONAS.

Hierosolyma à Christianis Regibus octo & octoginta annos possessa, ipsis inter se dissidentibus, in Saraccorum potestatem redijt. Anno Christi 1157. sub imperatore Friderico Barbarossa.

\* C. Sempronius Tutid. inus CO S. triumphum egit de Iapydibus anno urb. 624.

III. OCTOBRIS.

V. NONAS.

יְיָ אֱלֹהֵינוּ Ieiunium, quo die Iudæi lugent interitum  
 GODOLIAE relictæ in Iudæa à Nabuzardan, & interfes-  
 æti per insidias ab Ismaële quodam nato ex regia familia, qua  
 eades præbuit causam nouæ migrationi Iudæis in Aegyptum,  
 quam tamen IEREMIAS dissuasit. Ierem. 41, 42, 4. Reg.  
 ult.

יְיָ אֱלֹהֵינוּ VII.

ἸΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ.

ΣΤΑΧΙΣ. Spica VIRGINIS mane  
 oritur.

III. OCTOB.

III. NONAS.

ΠΥΛΑΝΕΠΙΩΝ.

ΦΑΩΦΙ.

C. Aquilus Florus Procos. de Pœnis triumphum egit anno  
 urb. 495.

C. Lutatius Catulus Procos. de Pœnis & Siculis naualem,  
 anno urb. 512.

## V. OCTOBRIS.

III. NONAS.

ΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΤΟΣ.

HENRICVS III. IMPERATOR ROMANVS cognominatus NIGER, moritur anno Christi 1056. etatis 59. Imperij 17. anno, qui cum alia præclare gessit in Imperio, tum etiam tulit legem, NE PONTIFEX ROMANVS ELIGERETVR SINE IMPERATORIS AVTORITATE, quam legem ut abolerent Pontifices, horrenda bella concitarunt in Germania contra imperatores secutos hunc NIGRVM, Vereq; dici potest, Romani Imperij potentiam instauratam per Carolum Magnum, & insigniter auctam per illius posteros & Otthones, cum hoc Henrico mortuo denuò concidisse.

M. Fulvius Curvius COS. de Samnitibus triumphum egit anno urb. 448.

M. Fabius Pictor I. COS. de Salsimatibus anno urb. 457.

ה'תש"ו

ΠΥΑΝΕΥΙΩΝ.

ΦΑΩΦΙ.

## VI. OCTOBRIS.

PRIDIE NONAS.

Hoc die eadem ingentem acceperunt Romani anno urbis 650 biennio post natum Cicronem, quando A CIMBRIS C. M A N L I V S ET Q. S E R V I L I V S C E P I O PROCONSULES VICTI PRÆLIO CASTRISQUE BINIS EXVTI, octoginta millia militum, Calos nam uero & lixarum 40. millia amiserunt.

Post annos 54. eodem die egregiam uictoriam adepti sunt, quando L. LVCVLLVS MITHRIDATIS ET TI. GRANIS ARMENIAE REGIS IMMENSAS COPIAS FVDIT, Anno urb. 684. Plutarch. in Lucullo: Δουκὸν δὲ μέλλον διὰ βαίνῃ τὸν πεταμέν, ἐνιοὶ τ' ἤγε μόνων πρῆνοω, φυλάτῃ τὴν ἡμέραν, μίαν ἔσαν τῶν ἀπεφρόδων, ἀε μελαίνας καλῶσι. ἐν ἐκείνῃ ᾧ τῆ ἡμέρᾳ ἢ μετὰ Σκεπίωνος ἀπόλετο στρατία συμβαλλῶσα κίμβρων: ὁδὲ ἀπεκρίνατο ἐγὼ ᾧ ἔφθῃ καὶ ταυτῶν εὐτυχῆ ποιήσω ῥωμαίοις τὴν ἡμέραν. ἠνδὲ κὴ πρῶμιας νόων ὀκτωβρείων.

Idem in Camillo: ῥωμαῖοι τῆς αὐτῆς ἡμέρας πρότερον μὲν ὑπὲρ κίμβρων τὸ Σκεπίωνος ἀπέβαλον στρατόπεδον, ἔσθρον ἢ λουκὸν δὲ στρατηγῶντος, ἀρμενίου καὶ τῆς ἑνὸς νῦν ἔρικῃσαν.

Q. Valerius Falto (mendose, alij Flaccus legunt) propr. ex Sicilia naualem triumphum egit anno urb. 512.

Hoc die opt. quod auspiciatum, factis, et fauistiis sig. tam pro opt. filia et exoptatis. q. g. h. n. o. i. q. u. a. m. pro m. a. q. i. Normannorum ac Salsicorum familia celebrantem in diebus eum solemnitate, Bengi in Burgis nuptis filia mea Catharina. A. 79.

VII. OCTOBRIS.

ἡμέρη VII.

NONAE.

ὑπερβερεταιος.

Idem. In matris filia mea Catharina, quas tu  
 Svelmiffi et opt. Daniel et Norimogid Regis. Qui  
 mei clementissimae, quam Ill. viri Principum ac Prin-  
 cipissarum Brandenburgiae ac Magaburgensium, Lega-  
 ti cum nonnullarum civitatum et Academiae  
 deputati, honorificentissimae presentia sua, conde-  
 corarunt: munera aurea et argentea, sat  
 magno numero et valore, Begis in refectorio  
 monasterii publice, cum solemnibus orationibus, of-  
 feruntur. Anno 1579.

VIII. OCTOB.

VIII. IDVS.

ΠΥΑΝΕΥΙΩΝ.

ΦΑΩΦΙ.

Octavo die Πυανευιῶνος Athenis celebrata sunt quotannis  
 ΠΥΑΝΕΥΙΑ festum institutum in memoriam felicitis reditus  
 THESEI, qui interfecto Minotauro in Insula Creta, et liber-  
 ratis Athenis a difficili tributo, secum ex Creta obsides Atheni-  
 ensium liberos incolumes reducens, HOC DIE VRBEM  
 INGRESSVS EST.

Eodem die, ut uidetur uelle Plutarchus, celebrata sunt  
 Athenis ΩΣΧΟΦΟΡΙΑ, ubi pueri gestantes ramum oleae  
 onustum uuis, ficis, et alijs fructibus, qui dicebatur ΕΙΡΕΣΙΑ  
 ΩΝΗ, circumibant ad ianuas locupletum, petentes sibi dari  
 munuscula, propemodum ut mos est circa natalem Domini pue-  
 ris in nostra patria. Carmen autem bellissimum, quod pueri ad  
 aedes diuinitu canere sunt soliti, cuius sententia congruit ferè cum  
 nostratum puerorum cantionibus, habes apud Herodotum, in  
 uita Homeri, quod uocatur similiter εἰσαίωυκ.

IX. OCTOBRIS.

VII. IDVS.

DIONYSIVS.

ⲓⲛⲓⲛⲓⲟⲛ ⲧⲓⲛⲓⲟⲛ

ⲛⲉⲣⲉⲃⲉⲣⲉⲧⲁⲓⲟⲩⲟⲩ.

עֲרֵבִיּוֹם תְּשַׁבְּתִי

*Vespera seu uigilia diei expiationis.*

**HYPERIDES** Sorator Atheniensis, collega **DEMOSTHENIS**, abreptus ex Templo Neptuni, & perductus Corinthum ad **ANTIPATRVM**, cum quaestionibus subiectus excrucietur, linguam sibi mordicus praecisam expuit, ne quid posset prodere arcanorum ciuitatis suae, atq; ita inter tormentis extinctus est 9. die πινυαεϕιδῶνος. Plutarchus in uitis Rhetorum.

**MAXIMILIANVS** Imperator uicit memorabile praelio Venetos ad Vincentiam anno 1513.

Nebulosa sequens aculeum **SCORPIONIS** cum Sole occidit.

ⲏⲧⲀⲛⲉⲧⲓⲟⲛ.

X. OCTOBRIS.

VI. IDVS.

ⲪⲀⲒⲚⲉⲓ.

עֵוֹם תְּשַׁבְּתִי

**FESTVM EXPIATIONIS** quotannis decimo die septimi mensis celebratum est, quo unico die mandauit Deus ieiunium seruari, quod strictissime praestant Iudaei. *Leuit. 23.*

XI. OCTOBRIS.

V. IDVS.

ⲛⲓⲪⲟⲩⲛⲓⲪⲟⲩⲛⲓ

ⲚⲞⲞⲞⲞⲞⲞⲞⲟⲩⲛⲟⲩ.

Primus conflictus Tigurinis cum quinque Helueticis pagis fuit, in quo occisus est VLRICVS ZVINGLIVS, anno quem hi uersiculi indicant :

Occubuit patrio bellator Cinglius ense,

Et pressa est armis gens populosa suis.

LVDOVICVS Bauarus Imperator Romanus, uir fortis & amans pietatis, à Clemente VI. episcopo Romano crudeliter & nefarie habitus, moritur anno Christi 1347.

Anno Christi 371. Imperantibus Valentiniano & Valente fratribus, terræ motus maximus subuertit NICÆAM, qui & fuit & tunc quoque existimatus est esse signum horrende illius persecutionis, quam exercuit in piæ sentientes de filio Dei Valens Imp. & Episcopi Arijueno infecti.

*Hoc die Berge discessimus, et dedimus cariss. filiâ  
melam, in nomine Dñi, ad nomen Maritæ Hm  
vicin Normannum, in p̄dium ipsius amiti, Dñi,  
in se, in Jesumque suum.*

ⲛⲓⲪⲟⲩⲛⲓⲪⲟⲩⲛⲓ

ⲚⲞⲞⲞⲟⲩ.

XII. OCTOB.

III. IDVS.

L. Sempronius Atratinus Procos. ex Africa triumphum reportauit anno urb. 732.

XIII. OCTOB.

III. IDVS.

ΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ

CLAVDIVS CAESAR ab AGRIPPINA Coniuge, matre Neronis ueneno necatur anno 64. etatis.

Q. Fabius Maximus COS. ex Hispania triumphum egit anno urb. 709.

C. Norbanus Flaccus Procos. ex Hispania anno urb. 719.

M. Cicero Imperator salutatus apud Issum, quo in loco Darius ab Alexandro superatus est, ut scribit ipse ad Atticum. Anno urb. 703.

7707 VII

NB

ΠΑΝΕΠΙΟΝ.

XIII. OCTOB.

PRIDIE IDVS.

Α Α Α Α

№. 86. Oct. p̄is et placide moritur. Illi. et opt.  
 Princeps, Dna Elizabetha p̄ Ducissa Megapolen  
 Annita et Socrus Sepolys: Regis Dni in  
 ardentis: Coniunx Illi in Principis Dni Ducis  
 Vlrici p̄ in curia Calcedonensi: quos ipse p̄ a  
 Meis cum Sepolys: Regina hospitibus istos  
 hoptibus in Ducatum Megapolen  
 redierunt, plerumque deluxerunt: vltra  
 tres integras Septimanas, aduersa tempeste  
 et, eo in loco, non esset sat commoda, non  
 minus, quam per affectam, londa, istius  
 istius Principis, vultudinem, detineti.



XV. OCTOBRIS.

הַשָּׁבִיעִי VII.

IDVS.

ἸΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ,

חַמִּישָׁה עָשָׂר סֵבַת ΣΚΗΝΟΠΗΓΙΑ.

Decimo quinto die VII. mensis iuxta mandatum Dei inchoabatur festum TABERNACVLORVM, quod durabat VII. continuos dies, ut repeteretur memoria diuine protectionis populi in deserto, Leuit. 23. Iohan. 7.

PVBLIVS VIRGILIVS MARO nascitur Idibus Octobris Mantuæ, Pompeio & Crasso Cos. anno urbis 684. cum Cicero egit ætatis. annum 57. ante Christum natum anno 67.

Hoc die Turcarum Imperator SOLYMANNVS FRVSTRA ALIQVOTIES OPPVGNATA VRBE VIENNA, fortissimè uim hostilem propulsantibus germanicis militibus, quorum dux fuit PHILIPPVS COMESPALATINVS AD RHENVM, exercitum abduxit, amisit ibi amplius 80. millibus Turcarum, qui partim in oppugnationibus & uelitationibus, partim frigore & fame extincti sunt, Anno 1529.

L. Papius Cursor Dictator de Samnitibus triumphum egit anno urb. 444.

Sacrificium Romæ pro frugibus. Equus qui OCTOBER appellabatur, capite panibus redimito, immolabatur in campo Martio Sex. Pompeius.

ΠΥΛΑΝΕΡΙΩΝ.

XVI. OCTOB.

ΦΑΩΦΙ.

XVII. CAL. NOVEMB.

GAL LVS.

בְּיָמֵינוּ  
SECVNDVS DIES TA BERNACVLORVM.

Decima sexta Πυυανερῶνος celebrabatur per triduum Athenis festum appellatum ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑ.

Eo die DEMOSTHENES iterum ex patria eiectus, & absens capitis damnatus, cum ab ANTIPATRO Rege Macedonum quæreretur ad supplicium, nec se religione Templi Neptuni, in quod confugerat, tueri posset, ultrò hausto ueneno, quod inclusum calamo scriptorio secum circumtulisse dicitur, inter manus militum Macedonicorum expirauit, sexagenarius, anno ante Christum natum 522. Plutarch, κατέσπεψε δὲ ἕκτη ἐπὶ Δέκα, τὴ πυυανερῶνος μωδὸς, ὅν ἢ πλὴ σκυδρωποτάτῳ θεσμφορίῳν ἡμῶν ἀγοῦσαι πρὸ τῆ θεῶ υκσεύσειν αἰ γωαῖνες.

Eodem die ARX THEBANA CADMEA contra sædus per prodicionem à Spartano quodam occupata est, quod factum causam præbuit bello funesto, quo uires Spartane ciuitatis fractæ sunt, cæsis Lacedæmonijs ad LEVCTRA. Plutarch. in Pelopida & Agefilao.

Extrema in cauda LEONIS cum Sole occidit.

Hoc die Anno 1779. post impias fædæ meæ Cathæ uindicta in fugia celebrata, fuit uoluntas apud ill. Infr. S. et opt. Principem nostr. Dm. Duclm. Bonif. tmm Ludouicm Q. Inde, clauenti s. mactatim et amplexa cathena donata, postridie discessi.

XVII. OCTOBRIS. וַיְהִי בַּיּוֹם הַזֶּה

XVI. CAL. NOVEM. ἡ ΠΕΡΒΕΡΤΑΙΟΣ,

חול המועד בסוכות א

TERTIVS DIES TABERNA-  
CVLORVM.

Hoc demum die, qui fuit centesimus quinquagesimus post initium diluuij, DEVS RECORDATVSEST NO-  
HAE, & adduxit uentum super terram, & imminuta sunt aquae, & clausi sunt fontes abyssi, & Cataractae coeli, EOD-  
QVE DIE QVIEVIT ARCA IN MONTIBVS  
ARARAT, ubi stetit immota ad 74 diem, antequam appa-  
ruerunt aliorum montium humiliorum cacumina. Gene. 8.

ΠΡΑΝΕΡΙΩΝ.

XVIII. OCTOB.

ΦΑΩΦΙ.

XV. CAL. NOVEMB.

חול המועד בסוכות ב

QVARTVS DIES TABERNA-  
CVLORVM.

LVCAS.

HOC DIE ACADEMIA VVITEBERGEN-  
SIS POMPA CELEBRI INTRODVCTA EST  
IN OPPIDVM VVITEBERGAM situ ad ALBIM  
in antiqua SENONVM sede, & ab eo die lectiones publi-  
cae inchoatae sunt à Professoribus accersitis liberalitate FR-  
DERICI DVICIS SAXONIAE ELECTORIS,  
anno Christi 1502. Fuitq; primus Rector Academiae MAR-  
TINVS POLICH FRANCVS, natus in oppido  
MELLERSTAD, artium & Medicinae Doctor. Utq; hie  
natalis Academiae quotannis celebraretur, constitutum est, ut  
eodem die hyberni senestris Rector & Decanus crearentur.

*Veni Venetias, emporium in toto orbe  
terrarum celeberrimum. Anno 1553.*

XIX. OCTOB.

XIIII. CAL. NOVEM. ἩΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ.

הל המער בסבוח א

QVINTVS DIESTABERNAE  
CVLORVM.

DEMOCRITVS Philosophus, iam confectus senio,  
& grauitèr decumbens, cum à sorore unica curaretur, caq; in-  
cidente festo Thesmophoriorum, agrè ferret, se propter instan-  
tem mortem fratris à festo abstrahi, quod magna superstitione  
celebrabatur à mulieribus: iussit sororem hono animo esse, &  
ad festum accedere, modo ut quotidie calidos ipsi panes adfer-  
ret, quos ipse postea ad nares admouens, odore illorum uitam  
per illud triduum remoratus est, & reuersa sorore post fini-  
tum festum, consultò non amplius utens calido pane, animam  
exhalauit, anno etatis nono supra centesimum. Laërtius pag.

468.

Nascitur Dargemerus Paschwaldt H. 10. post  
merid. M. 10. Anno 1755.  
Rostochij.

ἩΥΑΝΕΥΙΩΝ.

XX. OCTOB.

ΦΑΩΦΙ.

XIII. CAL. NOVEMB.

הל המער בסבוח א

SEXTVS DIESTABERNACV-  
LORVM.

THOMAS LINACER Medicus, Anglus, qui Me-  
dicinè studiosè Oxoniæ publicas lectiones duas, & Cantabri-  
giæ unam in perpetuum stabiliuit, Londini collegium Medico-  
rum fieri sua industria curauit, multis scriptis & eruditissimis  
uersionibus clarus, moritur Londini Anno 1524.

XXI. OCTOB.

ח' שבט VII.

XII. CAL. NOVEMB. Ἰηπεβερβηταίος.

ח' שבט רב

SEPTIMVS DIESTABERNA  
CVLORVM.

FESTVM PALMARVM grande, quo canunt  
Letaniam Iudæi, cuius formam proposuit Andreas Osiander in  
annotationibus, quas adiecit Harmoniæ Evangelicæ, lib. 3.  
cap. 26.

IOACHIMVS ERNESTVS PRINCEPS IN  
ANHALT ET ASCANIA nascitur anno 1536, dimis-  
dia hora post octavam antemeridianam.

P. Scruilius Vacia propr. triumphum egit anno urb. 665.

Lucida Chelæ Borealis seu Libræ, ma-  
ne oritur.

ΠΥΑΝΕΥΙΩΝ.

XXII. OCTOB.

\*ΑΩΪ.

XIII. CAL. NOVEMB.

ח' שבט

Festum retentionis seu collectæ, OCTAVVS DIES  
TABERNACVLORVM, post cuius meridiem ex ta-  
bernaculis exeuntes Iudæi redeunt in domos.

Anno 1511 nascitur in celebri Turingiæ oppido SAL-  
VELDIA M. ERASMVS REINHOLDVS Ma-  
thematicus excellens mane dimidia hora ante secundam.

Lucida Chelæ austrinæ seu Libræ,  
mane oritur.  
PLEIADES vesperi oriuntur.

XXIII. OCTOB.

X. CAL. NOVEMB.

חֲמִישֵׁי עָרֵב

ΥΠΕΡΒΕΡΒΗΤΑΙΟΣ

תְּרוּחַ שִׂמְחָה

Leticia legis, qua exultant Iudaei, quod hoc die in Syna-  
gogis finitur lectio quinque; librorum Mosi, et inchoatur primus  
liber Mosi denuo, legiturque prima סִרְתָּ. Eaque nocte singuli  
accendant suos cereos lychnos.

ΠΥΡΑΝΕΥΙΩΝ.

XXIII. OCTOB.

\* Α Ω Θ Ι \*

IX. CAL. NOVEMB.

חֲמִישֵׁי עָרֵב

Vincite festum, ex Psal. 118. uocant hunc diem Iudaei, quo  
celebrant conuiuia, et consumunt reliquias festi, quod pra-  
cessit.

Hoc die mensis septimi, Iudaei qui ab exilio Babylonico res-  
uersi fuerant, FOEDVS NOVVM FECERVNT  
CVM DEO, quod uellent ipsius legem seruare, idque iura-  
mento et literis obsignatis Sacerdotum et Leuitarum et Prin-  
cipum populi sigillis confirmarunt. Nehemia 9. et 10.

TITVS VESPASIANI FILIVS, post excidium  
HIEROSOLYMORVM in urbe maritima CAESA-  
REA, NATALEM FRATRIS SVI DOMITI-  
ANI CELEBRANS, ludos edidit uarij generis magnifi-  
centissimo apparatu, in quibus IVDAEI CAPTIVI ad  
tria millia producti in theatrum, partim a bestijs dilaniati sunt,  
partim armati commisi inter se trucidare coacti sunt, anno  
Christi 73.

Hoc die, inter hora XI. et XII. in meridie  
Anno 1575. mortuus est Fridrich spurys  
d. Palatin Regij Magister, Petrus. Oxle  
de Gysselfeldt.

XXV. OCTOB.

VIII. CAL. NOVEM.

ΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ.

ⲛⲓⲧⲏⲛⲓⲟⲛ

FRIDERICVS ALBERTI filius dux Saxonie,  
Teutonici ordinis præfectus nascitur intra undecimā & ano-  
decimam pomeridianam anno Christi 1474. Pulsus à Polonis  
moritur Rochlicij 1510. die 14. Decemb.

Chelæ austrinæ lucida cum Sole oc-  
cidit.

ΠΤΑΝΕΥΙΩΝ.

XXVI. OCTOB.

VII. CAL. NOVEMB.

ΦΑΩΦΙ.

C. Asinius Pollio triumphum egit ex Parthis anno urbis  
715.

Sinister pes ORIONIS mane oc-  
cidit.

XXVII. OCTOB.

ה'שנ"ז

VI. CAL. NOVEMB.

ἸΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ.

ALBERTVS Imperator expeditione contra Turcas  
suscepta, morbo intercipitur, sepultus in Alba regia, Anno  
Christi. 1439.

Anno 1575. mortuam Hafnid, dulciss.  
et elegantiss. puella, filia mea, Anna  
Pascherleg, cui ageret octauum decimum annu.

Veni Ferrariam, Anno peregrina-  
tionis mee. 1565

ΠΑΝΕΡΙΩΝ.

XXVIII. OCTOB.

Α Α Ω ς.

V. CAL. NOVEMB.

Natus creditur Erasmus Rotcro-  
damus Anno 1465.

SIMON  
IVDAS.

Anno 1564. secundo fui in negocijs Regis  
Damiel Otis, Viennensis Austria, in aula  
Imp. Romani, vbi me hoc die audiuit  
sacratissimus Rom. Imp. Maximilianus  
secundus, negocia et mandata Dni mei  
clementiss. proponentem. Collegam  
in ea legatione habui nobilem et optium  
virum, D. Georgium Rosencrantz.  
Regni Damiel Senatorem.

Anno 1573. die 28. Imis celebrantur  
nuptiae Illustri. Principis Dni Christofori  
Ducis Mecklingensis. et Dni Donathell  
filii Episcopi primum Damiel s. Regis, Ducis  
Slesimici Holsat. Coldinga, cui eodem  
tempore ibi baptizata esset, filia primogenita  
Electoris. Regis unius, Principis ELIZABETHA.

XXIX. OCTOB.

III. CAL. NOVEMB.

ϠϠϠ VII.  
ΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ.

P. Sulpitius Sauerrio COS, triumphum egit de Samniti-  
 bus anno urb. 449.

XXX. OCTOB.

III. CAL. NOVEMB.

ϠϠϠ VIII.  
ΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ.

P. Sulpitius Sauerrio COS, triumphum egit de Samniti-  
 bus anno urb. 449.



XXXI. OCTOBRIS. י"ט"ב"ל VII.

PRIDIE CAL. NO. ἸΝΕΡΒΕΡΤΑΙΟΣ.

HOC DIE PVBLICE PROPOSITA, ET FORIBVS TEMPLI AD ARCEM VVITEBERGENSEM AFFIXA EST PRIMA DISPVTATIO DOCTORIS MARTINI LVTHERI CONTRA INDVLGENTIAS *impudentissimis mendacijs ornatas & uenditatas à TECZELIO Monacho, qua edita, paulatim doctrina cœlestis de poenitentia & de remissione peccatorum fide accipienda propter filium Dei Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, repurgata & illustrata est, & postea lux reddita est multis alijs quoq; articulis doctrinae necessarïe in Ecclesia Dei, Anno Christi 1517. Centesimo & alitero anno POST COMBUSTVM CONSTANTIAE IOHANNEM HVSS, qui cum damnatus hereseos abduceretur ad supplicium anno 1415, dixisse fertur ad Episcopos: POST ANNOS CENTVM RESPONDEBITIS DEO ET MIHI.*

NOVEMBER.

מַרְחֶשְׁׁוֹן MARHESVAN.  
OCTAVVS.

Dicitur etiam בַּיַּל quasi מַבְרִיל inundatio, à crebris pluuijs. 3. Reg. 6.

ΔΙΟΣ.

SVID. Διὸ ὄνομα μῶδος τῆς ἀμακροῦσιν, ἢ νέος.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΟΝ.

*Cum hunc mensem Atticum Plutarchus in Sylla cum Maratïo, in Arato cum Dæstio, qui Iunio respondet; Macrob. lib. 1. cap. 2. cum Aprilis; Ptolemæus cum Ianuario coniungat lib. 7. pag. 169. cogor dubitare de hoc unico mense, utrum rectè sit à ΓΑΖΑ suo loco collocatus.*

Verte ☾

ΑΘΡ.

Pannonius docuit Gallorum MARTIVS oras;  
Fertilis ELISABETH cantat Duringia laudes.